Verum contrarium existimo in præsentiarum, quoad Actorem, & ejus sororem opponentem, visa in obedientia ipsiusmet Actoris satis demonstrata per certitudinem silentiarum status à fol. 33. conjunctionis conditionibus, et clausulis præfatorum maioratum à fol. 17. vers. post princip. ibi: que possa servir o Reino, e o Rey da terra perpensis verbis alterius maioratus fol. 21. vers. post medium ibi, e este morgado seguirà as condições do outro morgado, que o dito Ruy Gomes seu pay, que Deus baya, que foy Chanceller mor destes Reynos, fez

fez da fazenda da dita Villa de Torres Vedras, de maneira que este morgado não se possa apartar do outro, mas que ambos andem juntamente.

Unde securé dicendum est praedictos majoratus sive subconditionibus illis vere et proprie conceptos, hoc enim important verba illa, que possa servir o Reyno, e o Rey da terra, et ita certum est, quod relativum illud (qui) junctum verbo futuri temporis, proprie conditionem importat suspensivam; in super hoc ipsum, ex aliis verbis à fol. 17. ad fin. ibi, *lhe eu leixo com esta condiçāo*, quod verbum conditio simpliciter prolatam de vera, et propria, conditione suspensiva debet intelligi, non vero de impropria, prout est modus, *argument. text. & ibi gloss. verbo pro conditione in L. 1. Cod. de his quæ submodo, debet enim verbum in proprio significatu interpretari argum. text. in L. non aliter 69. ff. de leg. 3. & in L. his verbis 48. ff. de hered. instituend. & in L. qui liberis 8. §. hæc verba ff. de vulgar. & pupil. substit. & in cap. si quem 59. de sententia excommun. ubi etiam in potiori sunt accipienda; maxime hoc procedit, quando idem filius primogenitus est expresse vocatus sub praedictis conditionibus, & in illarum defectum filius secundo genitus, in qua specie nullum est dubium vere & proprie vocatum esse subdemonstratione propter relativum, qui, ac etiam sub conditione cum reperiatur junctum verbis futuri temporis, onus, & gravamen inducentibus, quod sane clarissimum est.*

Neque aliquid officit aliquorum consideratio, nempe quod non conditionalis sed modalis potius in nostro casu videntur interpretanda verba, quæ consideramus exarata in dictis institutionibus maioratum, procederet enim tautummodo illa conside-

ratio, casu quo essemus in dubio, non vero quando ex verbis, & mente disponentium expressè contrarium deprehenditur quod ut clarius fiat mihi, dicerem, quod quando conditio una, vel plures adjiciuntur in ipsis maioratum dispositionibus, veluti in praesentiarum, ubi dicti majoratus fuerunt instituti sub talibus conditionibus ibi contentis per nominatum & successores in posterum ad impletis, tunc enim, & in simili casu non est interpretanda dispositio proprie conditionalis, sed potius modalis, & ex consequenti quantumcumque nominatus, & pro tempore in futurum successores conditiones, & gravamina non adimpleant; nec propterea majoratus, & illorum institutiones, & illorum institutio resolvetur, quia institutio, & illius substantia non pendit à conditionibus, & adimplemento eorumdem postea deficiente in persona successorum; quinimo ita pura & perfecta censi debet, ut nec extali defectu veniat resolvenda, quamvis successores ad illarum implementum astringantur, & compelli debeant, ut optime resolvit Molin. de primogen. lib. 2. cap. 12. n. 2. & 14. in qua specie proprie dicitur, quod licet verbum conditio indubio provera conditione proprie accipitur, & non in proprie, ut per scribentes in d. L. 1. Cod. de his quæ submodo, & in L. cum tale 72. §. 1. ff. de condit. & demonstr. & in cap. verum 4. de conditionibus appositis; juncto eo, quod verba in dubio semper sunt accipienda in potiori significatu, ut jam animadvertis, attamen in nostro casu verbum, conditio, improprie accipitur, videlicet proximo modo ad sustinendam maioratum dispositionem, ut per Bart. in L. cum mota 6. cod. de transact. n. 2. & per plures laudatos a Molin. ubi proxime n. 9. consonat text. in L. Mæ-

vius 55. ff. de cond. & demonstr. junctis traditis per Jasonem in L. 3. ff. de leg. I. n. 39. & in L. debitori 7. ubi Decius n. 12. cod. de pactis Gom. I. var. cap. 12. n. 7.

Neque iterum argui potest quod cum hujusmodi maioratum dispositiones sint modales, & non conditionales, prius possessionem maioratum consequi debent illi, qui sunt in linea effectiva, & postea modum adimplere, secus quando fuerint conditionales, quia tunc primario onera, & gravamina erunt adimplenda. Respondetur quippe in nostro casu id locum non habere, cum Actor dupli ex capite in habilis extet ad ingrediendam maioratum possessionem, et eorum successionem ei adjudicandam; tum ex Principis nostri Augustissimi elucidatione, de qua d. fol. 33. tum ex clausulis maioratum d. fol. 17. vers. post principium, et fol. 21. vers. et fol. 24. et 25. et simul extet incola; et connaturalis status alio in Regno, et astrictus imperio alterius Principis habet id incompatibilitatem cum maioratibus, et cum haec posteriores resolutiones vigeant quoque in Actoris sororem, non vero veniunt excludendi à successione, et possessione prætendorum maioratum.

Minus dubium efficit illustrissima Comitissa Sancti Michaelis, cum eam præcedat certe, alia illustrissima Comitissa de Avinctes, mater Appellatis, ut dilucide exactis edocemur; quibus in terminis, ex dictis crederem maioratus expostulatos expectare ad Appellatum, ei que eos ad judicarem, laudato docto Judice. Ulyssipone postridie Idus Julij 1675

D. Cerveira.

Vertitur contentio super duobus maioratibus, unus institutus ab illustrissimo Cancellariæ hujus Regni Roderico Gomesio pertendentium

ascendente, alter ab ejus filio Ferdinandu à Mello, illorum collaterali de clausulis et maioratum conditionibus, patet ex illorum institutionibus fol. 17. cum seqq. et fol. 24. secundum quas regulari debet successio, disponat testator, et erit lex, Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. in hac pugna quatuor inveniuntur contendentes, quorum unus solum palmam obtinere debet, quare necessario vindendum est, quis illorum induat armam justius.

Incipiendo ab A. valde gloriatur ejusdem patronus, illum in successione, de qua agitur, ceteros præcellere, tam ratione melioris linæ effectivæ (ut filius maior Joannis ultimi possessoris) quam etiam ex gradus prærogativa, & sexus qualitate, quæ omnes tres eum in ceteris contendentibus simul non reperiuntur, successionem ex vi illarum ad A. esse deferendam, fortiter etiam alia cumulando, idem doctissimus contendit patronus, magna DD. commitante caterva, assetentes generaliter & regulariter in maioratum successione deferenda; in primis ad lineam 2. ad gradum 3. ad sextum 4. tandem ad ætatem attendum esse Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. n. 13. Pereir. de Castro dec. 122. n. 1. Phæb p. 1. dec. 44. n. 5. & Tiraquel. de primogen. in præfact. n. 122. Molin. de just. disp. 625. n. 3. disp. 626.

Quam resolutionem sive juris principium libenter amplector, et agnosco, at tamen in præsenti casu nostro adaptari non potest, ut multiplicatis juris rationibus ingeniose ostendit luce meridiana clarus doctus ac subtilis R. advocatus, tam in allegationibus primæ instantiæ, quam secundiæ, retorquendo variis fundamentorum jaculis prædictas regulas, sive principia, ac alias doctrinas ex adverso ponderatas quibus

bus penitus A. intentum enervatut, cui resolutioni ad heræo ex sequentibus, non obstantibus supra relatibus.

Primo loco, quia fundamenta ex parte A. considerata locum obtinent quando ex voluntate institutoris contrarium non appareat, nam quod ille jusit, servandum est, *Ord. d. lib. 4. tit. 100. §. 3.* poterit namque si voluerit ob hanc vel illam causam à successione proximiorem, et melioris linea removere, vocando remotiorem, admittendo faminam excluso masculo, quod voluit excludere A. et ejus patrem, evidentissime constat ex institutionis forma *d. fol. 17. cum seqq. & 24.* quæ lex est, secundum quam præsens certamē dirimi debet.

Recurrendo ad institutionis *tex-tum in illo fol. 17.* à tergo illa clausula invenitur, quam pro ut jacet idiomate nostro Lusitano exponam ibi: *Desleal ao Reyno por este mesmo feito seja privado delle, e venha aquelle que viria se elle morresse té sua morte natural, que estes très casos comparo a morte.*

Ex qua dispositione clare patet institutorem voluisse à maioratus successione privare Regni proditorem, ac Regis in confidentem, ubi primum proditionis, sive rebellionis crimen perpetravit, ibi: *por esse mesmo feito*, sine sententia condemnatoria sive declaratoria, nec Judicis facto inter veniente. Igitur probato contraventionis, sive potius proditionis facto maxime quando notorium, ut in præsenti, dubium non est A. esse exclusum à successione, de qua agimus.

Ubi enim poena imponitur ipso jure, val ipso facto (statim incurritur dato facto de jure Regio in specie probat *Ord. lib. 5. tit. 6. §. 10.* ibi *por esse mesmo feito*) & *lib. 4. tit.*

Pars III.

38. §. 1. cap. 2. de homicid. in §. glos. in cop. 1. ne clerici vel monachi, Decius conf. 338. in princip. Soar. de legib. lib. 5. cap. 9. n. 4. Pichard. in §. quos autem n. 6. & 7. insit. de bonorum possess. prædictæ namque dictiones suum operantur effectum in continenti sine aliqua monitione Fusar. de subst. q. 582. n. 10. & 15. & 16. noster. Pegas forens. cap. 4. & n. 5. Larrea dec. 59. Barb. de dict. dict. 178. n. 6. & 7. cum ab eo relatis Grat. forens. tom. 4. cap. 630. n. 13.

De facto contraventionis in persona patris A. clare patet ex sententiis fol. 370. cum seq. et 373. et ipsius met A. ex testium dictis a fol. 344. usque ad 369. maxime ex testibus fol. 350. & 354. qui quasi omnes deponunt A. transfugam fuisse, et ad hostes convolasse dulcissimæ patriæ oblitus amore, ut loquitur sive appellat *Scævola in L.* qui putabat, in principio ff. legat. 3. nec configuiens cum patre propter illius obidientiam eum à culpa immunem federe debet, cum patriæ amor, et Castrorum disciplina quam parentum erga filios charitas antiquior sit *L. post liminium §. filius ff. cap. 1.* propter cuius defensionem filii parentes vel vice versa occidere tenentur *L. minime 35. ff. religios. & sumpt. funer.*

Progrediuntur etiam testes afferendo A. apud Castellanos esse in obedientia alterius Principis, et adversus Regnum et patriam illius perniciem intendendo armata manu in hostium exercitu militare munus exercuit, captum que fuisse in sanguinolenta pugna mortuum clarorum, et in hac Civitate carceratum usque ad tempus pacis initæ inter duas coronas extitisse, qua propter condonatus fuit à Catholico Rege non solum redditibus in hoc Regno, sed etiam Comitis, et Marchionis

Bb

titulis,

titulis, quos ad huc retinet ac conservat licet nomine tenus, illo modo quo potest, quod factum notoriū et ideo alia probatione non indigebat ex *Ord. lib. 5. tit. 6. §. 10.*

Verum adversus supra positam resolutionem objici potest fædus initum in 8. pacis capite, quo continentur, ut plenaria fiat restitutio bonorum, quæ belli odio fuerunt appræhensa, et in repræsaliam posita, et cum effectu per sententiam illius Judicis fol. 44. à tergo quæ transivit in rem judicatam A. patri visa fuere restitui ista, de quibus agitur.

Cui objectioni satisfit doctissimus R. patronus in suis allegationibus fol. 452. n. 38. usque ad 64. et in hac instantia fol. 586. n. 44. cum seqq. quibus in locis facta invenitur illa distinctio inter bona apud fiscum recondita, vel jam in tertios possessores translata, et inter bona vinculata cum clausula, quæ in ista institutione reperitur, vel sine illa, de quibus in præsenti agere, et uti meo iudicio superfluum est, cum Actor non gaudeat restitutions in d. 8. pacis capitulo stabilita, exceptuatus fuit, ut apparat ex documento fol. 33. cui summa fides ad hibenda est, propter excellentiam dignitatis status serniarij, de qua testatur *Phæb. 2. p. dec. 162. n. 22.* quia quod ammodo adsidere magestati videntur *L. unica Cod. de magistr.* quam plurimos refert, et sequitur videndus *Amaya in coment. ad codic. ad text. in L. si quis procuratorem n. 37. & 38. & 39.*

Maxime quando certum est, quod cui cunque notorio creditur circa officium suum *Mascard. conclus. 35. n. 15. & conclus. 1101. n. 7. & 8.* à fortiori notorio Principis, quem secretarium appellamus; præcipue

quando illud factum, de quo in documento fol. 35. omnibus notum, ex illo namque apparet de inobedientia erga serenissimum et invictum Principem, et illico in continenti notum fecerunt Marchioni pacis pleni potentiario, dispositum in 8. pacis capite non comprehendere A. in obedientem, quod ille agnovit, et assensit, et huic in obedientiæ facto Reus non contradicit, ideo fateri idem de jure censetur *Cancer. Variar. tom. 1. cap. 20. n. 24. Castr. in praxi p. 2. lib. 3. cap. 10. n. 3.*

Quare extra dubium est in persona A. locum habere non posse restitutions indultus, de jure gentium 4 est, ut pacta serventur, eo modo quo conventa fuerunt *L. 2. ff. de pact. L. juris gentium 7. §. præter ait. ff. eod. titulo* pactum namque in continenti appositum & adiectum idem contractus, & eadem conventio dicitur, d. *L. juris gentium §. quinimo L. in bonæ fidei Cod. de poct. Donet. in Cod. ad titul. de pactis in L. Legam 10. n. 13. Olea de eccl. jur. tit. 2. q. 2. n. 4.* si vero ut diversa judicetur, ut novissima servanda *L. pacta novissima L. tempore contractus Cod. de pact.*

Ultra quam quod A. nullo modo indulto pacis potiri potest alio capite, esto quod exceptuatus non foret; ratio est quia actio aliter in Regno Castellæ degens, & in alieno domicilio, & subjectione alterius Principis nominatus Comes, & Marchio opidorum hujus Regni, utendo nomenclaturis ab eodem Catholico Rege donatis. Quo iure ergo intendit A. potiri memorato pacis indultu ad restitucionem sibi faciendam, non faciendo simul restitucionem & desistentiam de titulis supra dictis pactum fuit reciprocum ex una, & altera parte, & individuum non potest illud approbare pro parte

te sibi commodum afferens, & pro alia in commoda rejicere; debet aut in totum approbare, vel reprobare, *text. elegans in L. cum quæritur 17. ff. administr. rutor. L. nam absurdum ff. bon. libert. L. si ita stipulatus ff. oper. libert. Ord. lib. 4. tit. 5. §. 1. Lyriac. lib. 1. controv. 90. n. 16. optime Barbos. de exigend. pensionib. p. 1. q. 1. n. 9. in fine & 22. & votis decisivis voto 76. n. 32. quibus titulis etiam A. pater nominabatur ex eodem fonte, ut patet in lib. app. fol. 434. n. 19. in lucem edito per A. fratrem.*

Quoad sententiam prolatam in favorem patris A. citato R. patre bonorum tantum administratore fateor illam regulariter nocere, & prodefesse successoribus Pereir. dec. 26. n. 11. Castilh. lib. 5. quotidian. cap. 157. n. 21. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 8. n. 3. & 4. Larrea dec. 35. n. 42. Mier. de maiorat. 4. p. n. 183. Salgad. de reg. protect. 2. p. cap. 8. n. 312. Pinel. in L. 1. p. 3. n. 48. & 49. Cod. bon. mat. hæc tamen regula limitatur quando possessor negligenter se gesit in causæ defensione non edocendo de jure suo institutiones ostendendo, & alia documenta, quia in isto casu sententia lata cæteris non præjudicat, & potest causa iterum à successoribus vintilari, ut affirmant omnes DD. supra relati Castilh. lib. 5. quotidian. cap. 157. n. 25. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 8. n. 7. & 9.

Maxime quando in judicio sumario repræsaliae allegationes, & documenta defecerunt, quo casu sine dubio est, quod sententia tunc lata in illo judicio non producit exceptionem, si causa iterum in judicio ordinario tractetur ut succedit in casu præsenti. Et ultra, multi gravissimi DD. existimavere quod causa agitata in judicio sumario,

Pars III.

etiam plenè discussa ex parte Judicis, & litigantium, nullo modo in judicio ordinario exceptionem producere poterat, primam vero amplector sententiam cum Valensuelo conf. 68. n. 62. Cald. Pereir. conf. 9. n. 6. lata manu Castilh. quotidian. lib. 5. cap. 104. n. 34. usque ad 40.

Non solum ex vi clausulæ, de qua supra, & ex recitatis fundamentis majoratus successio A. deferri non debet, sed etiam virtute subsequentium, quæ inveniuntur fol. 17. a tergo ibi: *Não sandeu, nem aleijado em tal disposição que possa servir ao Reyno, e a El-Rey da terça.*

Plane A. ex multiplici capite est incapax serviendi Regno, & Regi, primum, quia sub jurisdictione alterius pro regis est, ad quem voluntarie semel atque iterum confugit, reliquo suo Regno & Rege voluntas plus facta, quam verbis declaratur L. Paulus ff. rem rat. hab. L. pro hærede ff. acquirend. hæred. Valasc. consult. 169. n. 11. Cald. de extinct. emphiteus. cap. 22. n. 20. & est vulgare axioma, quod sine dubio procedit quando factum, de quo agitur fuit determinatum ad servendum Regno Castellæ, & Catholico Regi, & non Regno Lusitanæ, & inclito Principi nostro, ut tradit Rota dec. 233. n. 16. refert. Barb. in axiomat. verb. voluntas n. 5. & 6. axiomat. 230.

Quæ voluntas eo magis ennixa ac deliberata reputatur, quando verbis vel facto geminata reperitur juxta regulam *text. in L. Balista ff. ad Trebel. Surd. conf. 10. n. 54. Menoch. conf. 10. n. 2.* & est vulgarissimum. In præsenti de voluntate A. constat per duplicitos actus fugæ, & in obedientiæ factæ Regno, Regi Joanni invictissimo, ac memoriando, denique Principi potentissimo ac ferenissimo, ut supra tradidimus.

Ex cuius facti geminatione apparet A. summopere dilexisse esse in subjectione Catholici Regis, illi que & suo Regno servire, ut hysque fecit, ac per consequens incapax judicari debet adimplendi conditionem, quam supra retulimus serviendi Regno ac Regi (nemo enim potest duobus dominis servire, est authoritas Christi domini relata per text. in cap. I. 21. q. 1. incipit. Clericus ibi: *Audivimus enim ex ipsa Dominica voce, quod nemo potest duobus dominis servire, aut enim unum odio habebit, & alterum diligit. aut unum sustinebit, & alterum contemnet.*)

Maxime quando contrarij sunt, et possunt aliquo tempore guerram movere glos. in d. cap. Clericus I. 21. q. 1. optime speculator. lib. 4. particula 3. de feudis tit. de homagiis & fidelitat. §. quoniam n. 26. fol. mihi 120. a tergo Bartachin. lit. S. verbo servitium.

Ex altero capite A. servire Regno ac Regi non poterat, ut patet ex 2. p. clausulæ supra relatæ ibi: *Com tal disposiçao que possa servir ao Reyno, e ao Rey da terra, quæ qualitas sive dispositio non reperitur in eo, imo contraria, ratio in promptu est, quia vassalus, qui debet servire suæ patriæ, & Regi, ut iubet institutionis lex, ad hærendo dispositioni nostræ Leg. Reg. lib. 4. tit. 100. §. 5. debet pro substantia servitij esse fidelis, & obediens suo Regi, quod omnes vassali juramento firmare tolent, quemadmodum feudatarij, qui fidelitatem & obedientiam domino feudi in servitio exhibendo promittere tenentur Jul. Clar. in §. feendum q. 5. Pinheiro cens. 2. p. disp. 1. sect. 1. n. 4. quam plurimos alegat. & sequitur Joseph Ramon cons. 37. n. 122. Valasc. de jur. emphit. q. 39. n. 18.*

Adeo vera est supra posita resolutio, quod fidelitas & obedientia sunt requisita essentia in vassalo, Regno ac regi inserviendo, quod vassalus domini feudi, si ipse dominus faciat guerram Regi suo, vassalus Regi tenetur et non domino feudi fidelitatem et obedientiam præstare, nam fidelitas promissa 5 domino feudi licet in contractu non exprimatur, semper intelligitur promissa servata prius illa suprema fidelitas, quæ Regno et Regi debetur, cap. ultim. de prohibit alienat. feud. per Federic. Molin. de just. tract. 2. disp. 471. n. 4. & disp. 70. eleganter speculat. tit. de feud. §. quoniam n. 4. text. in cap. venientis 19. de jure jurand. ubi August. Barbos. Quam fidelitatem et obedientiam in A. non invenimus, ut supra ostendimus nam si attendimus ad delictum paternum, filios in ficit illud contagium, Ord. lib. 5. tit. 6. ibi: como a lepra, &c. L. quisquis Cod. ad L. Jul. majest. in §. filii ibi: in quibus paterni hoc est hæreditarij criminis metuentur exemplo.

Si ad propria A. crimina oculos conjicimus, ut supra notavimus in eo illa duo requisita deficiunt, imo de jure, et de facto illa, quæ illis contraria sunt, reperiuntur deficiente substantia rei, et essentia, ipsa res subsistere non potest.

Stabelitur tandem exclusio A. ex vi prædictæ clausulæ ex illa differentia, quæ datur inter hominem, sive vassalum legitimum, et non legitimum, homo legitimus sive vassalus legitimus dicitur ille, qui fidelitatem præstat suo Principi sive Regi, et nulli alteri potest præstare fidelitatem, et obedientiam, ideo que nemo potest dici homo legitimus respectu duorum, sed unius tantum Regis, seu Principis, ut doctissime resolvit Spiculat. de feud. tit:

tit. de homagiis & fidelit. §. quoniam n. 4. & 23. et hoc dictant juris principia, nemo in solidum potest esse in subjectione, et dominio simul duorum Principum sive Regum, nec aliarum personarum. *L. si ut certo §. duobus vehiculum ff. commodat. & ex ratione de qua in cap. 1. 21. q. 1. quam supra ponderamus n. 24.*

Igitur si A. voluntarie est in subjectione, et dominio Regis Catholici, cui servit ut vassalus, illi que obedientiam præstat, quo jure debet admitti ad successionem maioratus, de quo agitur, quando memoratae clausulae satisfacere non potest Regno et Regi in serviendo, ut vassalus obediens.

Nec pacis indultus quo ad hoc fundamentum aliquod operari potest, casu quo fateamur A. illo potiri posse, quod supra non admitto, ratio est, quia ad hoc, quæ post pacem initam evenerunt, indultus non extenditur, ut ex eodem patet, cum ergo A. postea relicto Regno, sive in quam Regni et serenissimi Principis servitio ad Castalanos convolavit, ex hoc facto notorie colligitur, recusasse servitium Regni ac Regis, ac per necessariam consequentiam maioratus successionem ob non adimpietam conditio nem potestativam, beneficium invito non confertur. *L. nec emere Cod. jure de lib. L. final Cod. unde legit.* nec voluntas et petitio A. est attendenda, cum sit facto contraria.

Eo vel maxime quando admitto indulto ac restituzione in A. persona non dum qualificatur, et est dispositus ad serviendum Regno ac Regi, ratio est quia ea fidelitas in eo non datur ad serviendum exhibendum, quia hanc et bonum animum non præsumitur habere inimicus reconciliatus, ut ex lata manu fatetur Covas cum ab eo allegatis practicar.

tom. 2. q. 18. n. 3. maxime quando recens est reconciliatio, ut testatur idem Covas d. *M. 3. Clarus q. 24. n. 17. & 29. Menoch. de arbitr. q. 28. n. 6. & casu 262. n. 3. & de præsumpt. q. 89. n. 53. Mascal. de probat. concius. 898. n. 12.* et ita factum A. ostendit post pacem initam, et reconciliatione sequuta, quod sine dubio transit in reconciliatis in criminis læsæ magestatis qui raro recipiunt, ut convenient nec A. interpellari debet et citari ad servendum, et obligari, quia illa clausula serviendi importat modum, et non conditionem, quare à successione non debet privare A. imo cogi modum adimplere, quia respondeatur, clausulam illam, modum finalem, et non impulsivum continere, causa finalis successionis fuit, ut successor haberet illas qualitates ad serviendum exhibendum, alias à successione repelleretur, disponat testator, er erit Lex Ordinat. d. lib. 4. tit. 100. §. 3. ergo ex mente instituentium clare constat illas clausulas causam finalem et conditionem importare et non modum impulsivum plane relictum sub modo finali, sive causa finali, illa non adimpleta corruit dispositio, et debet adimpleri, et in esse tempore de latæ successionis, alias ad sequentem transit, qui invenitur cum qualitatibus requisitis ab institutoribus Molin. de primogen. lib. 2. cap. 14. n. 21. usque ad 23. & lib. 3. cap. 2. n. 14. & lib. 1. cap. 15. n. 36. Late Castil. tom. 4. controversial. cap. 55. n. 46. cum seqq. & tom. 5. quotidian. controversial. cap. 90. n. 17. & 18. Menoch. conf. 106. n. 90. & 91.

Dato enim quod ita non constaret ex instituentium mente ut diximus, cum serviendum, de quo agitur jus publicum respiciat, et utilitatem, et causam piam, et naturalem

ralem Ord. d. lib. 4. tit. 100. §. 5. ubi
Barb. semper cauta finalis contendit
 erat, et vicem conditionis contine-
 ret, ut est communis DD. resolutio
 cap. verum de condit. apposit ubi Au-
 gust. *Barb.* eleganter *Benedict.* *Egid.*
 in L. *Titiæ si non nupserit.* 2. p. n.
 12. & 10. usque ad 52. *Lovas lib.* 1.
Variar. cap. 14. n. 60. *Phæb.* 2. p.
 dec. 153. n. 22. & 23.

Sic exclusio A. deveniendo ad jus
 illustrissimæ Marchionisæ Fuental-
 sol, A. sororem eam excludendam
 esse à prædicta successione arbitror;
 ex eo quod in subjectione Catholi-
 ci Regis existebat tempore de latæ
 successionis in servitio Catholicæ Re-
 ginæ D. Marianæ Austriacæ, in quo
 Regno habitat uxorata cum domici-
 lio alterius Princeps in obedientia,
 quare cum exhibendi servitium de-
 sideratum ab institutoribus incapax
 erat, et nunc est, à successione re-
 pelli debet, ut jubetur in institu-
 tionis lege ibi, fæminæ admissæ fue-
 re cum eisdem clausulis et conditio-
 nibus ut fol. 17. vers. ibi: *e falecen-
 do os varoëns, venhaõ as femeas li-
 dimas, e mais velhas, como emci-
 ma dito he.* Ideo dubitandum non
 est illas clausulas ligare fæminas.

Nec dici potest fæminas serviendi
 capaces non esse, quod falsum est,
 quia licet in bello non serviant, ut
 fecerunt multæ ad bellum euntes,
 possunt servire in palatio, ut servi-
 vit illustrissima Marchionisa, suf-
 ficit servire eo modo, quo potest,
 habitando in jurisdictione Regis, cui
 servire debet, fæminæ namque ad
 feudum admittuntur habens servi-
 tium, cujus fæminæ capaces sunt,
 quia servire possunt dominis feu-
 dorum, ergo à fortiori Regi suo,
 ut resolvit, et sequitur cum multis
Jul. Clar. §. feudum q. 73. n. 7. &
 8. *Gosadin.* cons. 56. n. 18. *Molin.* de just. tract. 2. disp. 474. n. 5.

et est concors resolutio.

Qua propter ex dictis n. 26. et
 27. et 30. cum seqq. illam exclu-
 dendam esse existimo, quia in ea
 deficiunt qualitates requiritæ ab ins-
 titutoribus de quibus d. n. 26. de
 jure Comitissæ illustrissimæ Divi Mi-
 chaelis disputandum non est, cum
 à lite desistentiam, fecit, et dato
 quod non fieret, ut suppono, à
 concurso reppellenda erat cum Reo
 faciendo, quia illam excludebat il-
 lustrißima Comitissa de Avintes, ut
 late ostendit doctissimus appellati
 R. patronus.

Solum ergo cum successionis jure
 invenitur R. in quo etiam reperiuntur
 qualitates omnes in institutionis
 bus expressæ, habitat in hoc Reg-
 no; ut legitimus vasallus ac fidelis
 serenissimi Principis, illi cbediens,
 inserviens semper Regno, et Regi,
 ut est notorium, et exactis latissime
 ostenditur, ideo sine dubio succe-
 sio, de qua agitur, legitimo jure
 ei competit, junctis fundamentis
 sapientissime ponderatis à doctissimo
 præceptore, ac colega primo loco
 deliberante, ex quibus omnibus Ju-
 dicis peritissimi sententia confirman-
 da venit. Ulyssipone 11. Decembris

1675. Doctor Gouvea.

Sapientissimi et amantissimi magis-
 tri, doctissimi que utriusque partis
 patroni, materiam præsentis quæsti-
 onis tam lato, et eleganti calamo
 envelearunt, ut nihil mihi dicen-
 dum relinquerint; verum cum mu-
 neri meo satisfacere debeam, brevi-
 ter me expediendo quid in ea sen-
 tentia proponam.

In istitutione maioratum, de
 quibus agitur, institutores onus
 successoribus imposuerunt, scilicet
 quod Regi, et Regno servirent, et
 ex illorum mente colligitur, hoc
 onus positum fuisse per viam mo-
 di, quia successores prius possestio-

nem

nem maioratum consequenti erant, quam onus adimplerent, ut pro regula tradit Bart. in L. quibus diebus §. forma n. 6. ff. de condit. & demonstr. Tiraquel. de retract. lib. 2. §. 2. glos. 1. n. 72. Molin. de primog. lib. 2. cap. 12. n. 5. Gom. 2. tom. variar. cap. 12. n. 70. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 10. tit. 5. a n. 15. Menoch. lib. 7. præsum. 175. n. 10. Molin. de just. disput. 208. vers. puta, & probatur ex text. in L. 2. cod. de his quæ submodo L. Mævia 44. ad fin. ff. maum. testam. Surd. cons. 433. n. 2. et hoc onus præ oculis magis habuit primus institutor, ut ex verbis testamenti apparet quia à successione successorem privavit, qui claudus existet, & hæc debilitas, si accideret, non culpa illius, sed casu ob veniebat, & videbatur, quod non data in eo culpa privari non debebat, si ergo dictus institutor propter istam in capacitatem serviendi Regi, & Regno, ita disposuit à fortiori successorem privare voluit, qui culpa sua incapax serviendi Regi, & Regno existit, & hæc incapacitas tam ex parte A. quam illustrissimæ Marchionissæ notoria est, & bene exactis demonstratur.

Hic modus serviendi non est accipiens, ut præcise Regi, & Regno servirent, ita ut si in hoc deficerent à maioratu privati essent, mens instituentis tantum fuit, quod habiles existerent, à Rege aut Principe vocati essent, & hoc onus, sive modus serviendi fuit causa finalis, & non impulsiva, & in his dispositionibus 6 regula est, quod si per eum cui relictum fuit subtali modo non sterit, quominus onus vel modus adimpleretur pro completo haberetur attenuamen in presentiarum tam per A. quam per illustrissimam Marchioniam stat, quominus adimpleatur,

cum sint absentes hujus Regni, quæ de causa in capaces existunt ad serviendum Principi nostro & Regno; ita his terminis succedit regula, quod quando stat per illum, cui impositum fuit onus, aut conditio per viam modi, quominus modus aut conditio adimpleretur, relictum non consequatur L. liberto 21. §. lucius ff. annuis legatis Bart. in L. quibus diebus §. fin. n. 17. ff. de condit. & demonstr. Surd. de aliment. tit. 9. q. 16. n. 56. Peregrin. de fideicom. art. 16. n. 159. Gam. dec. 58. a. n. 1.

Deinde eo ipso quod pater A. incidit in crimen læsæ majestatis, ut declaratur in sententiis fol. 320, statim propter clausulam institutionis privatus fuit ab administratione maioratum, & delata fuit successio matris R. quæ erat proximior in gradu, ex altera linea primi instituentis, ut clare ex actis apparet, quia dictio, statim, interpretatur clausula summarie sine processu & sententia, ut declarat Bart. in L. 1. n. 23. vers. quod dicemus ff. judit. L. finita §. nondum statim ff. damno infecto, & jus ex tinctum non revivicit L. eleganter ff. pignorat. act. Surd. cons. 437. num. 31.

In eodem crimine fuit A. pugnando contra nostrum exercitum, officium ordinarij maioris prælij exercendo & captus fuit in acie sanguinolenta montium clarorum & de hoc testificari possum, tanquam testis occulatus, quia per Civitatem Eborensem ad hanc adductus fuit, & ibi epistolas patri & uxori scripsit, quas ego vidi, & ex illis bene demonstrabatur animus adversus contra Regnum nostrum, & illius obstinatio, quia inter alia in dictis epistolis relata dicebat patri, omnes equos, & mullas vendi, & tantum quatuor relinquere jussit ad servitium currus, quia nulla spes ei ref-

tabat; videndi eos', nisi in redempti-
ne universali , bene ergo ostensum
manet, nunquam in hoc Regno com-
morari velle.

Quod attinet ad illustrissimam
Marchionisam , idem dicendum est
circa in capacitatem , cum sit uxora-
ta , & obstricta mariti voluntati , &
ab eo discedere non potest , eo vel
maxime cum ostensum fuit tam à
sapientissimis dominis , quam à do-
ctissimo R. patrono , exclusam fuisse
eo ipso quod pater transfuga existit.

Illustrissimæ Comitissæ S. Michae-
lis nullam jus assistit , cum R. sit in
meliori linea , ut ex actis dilucide
cernitur confirmetur igitur meritissi-
mi Judicis sententia. Ulissipone 2.
Januarij 1676. Freire.

Hæc sententia impedita fuit cum
exceptionibus , quæ fuerunt rejectæ
vigessimo nono Maij 1677. à docto-
ribus Velles. D. Cerveira. Gouvea, &
fundata fuit in deliberationibus seq.

De tribus exceptionum coacerva-
tionibus a fol. 626. & fol. 631. &
635. differere cogimur , sed cum
tota ista exceptionum moles , & ve-
tuſta allegationum cumulatio extent
evictæ , & convictæ in suffragiis
operosis , & laboratis a fol. 609. vers.
cum multis seqq. cui mirum est ,
quantum conentur respondere do-
cti causidici , propria confidentia,
& aliena argutiola freti , jam canunt
victoriam , segnius sua mole labo-
rant considerationibus clusis , & nu-
gatoriis , quos si lectores attende-
rint molestia , & fastidio opprimen-
tur , ut docemur ex actis , & iis quæ
tradunt maioratum postulatorum
institutiones saepius repetitæ , ob-
quam rationem & causam Juriscon-
sultus Marciānus dixit in L. Di-
vus 6. ff. decūsodia reor. non omnes
ex fide bona elogia scribere , comper-
tum esse , id est veritatem dicere , argu-
ment. text. in L. si posthumus 14. ad

fin. ff. deliber & posthum.

Omnibus adductis tam per A.
quam per opposentes , satis occur-
sum extat in præfatis suffragiis , ne-
que judicatum evertitur , imo stabi-
litur aperte ex modo gelatis , & con-
gestis ingeminate deficit solummodo
satisfacere duobus contradictioni-
bus ; una de asserta A. possessione ;
altera de allata clausula institutionis
fol. 18. vers. ibi, *ao caçal do Pinhei-
ro, e a quinta de Barrefalcaõ, que
som do Hospital de meu tio, que tra-
go emprazados, nomeo por segunda
pessoa Lopo Soares, pois eu sou a pri-
meira, escolhendo Gomes Soares de
viver em Castella*, quem causi dici
officiosi videntur præter omnes de-
prehendisse , & quasi aliquid ex tri-
pode Apollinis proferetur ; aiunt
rugosa admiratione notabile esse , ad
talem rem non advertisse judices ; ob
clausulam admirabilem , qua ita ru-
ment , & quam ita amant , ut nullum
perstringant sine ea , quippe horum
verborum præfectorum prætextu ,
quæ ipsi nunc supervacue adducunt ,
oleum , & operam perdentes , ad quid
enim portatur tota ista investigatio-
nis moles , plurimis verbis , paucissi-
mis rebus tam longas , quam rigidas
periodos uno spiritu quasi torrente
contorquentes ,

Quoad primam & assertam Acto-
ris possessionem , dicendum est , nem-
pe esse in possessione , longe diver-
sum esse à possidere , text. in L. si
quis ante 10. §. 1. ff. de acquir. posse-
ssion. ubi explicavit Jacob. Cujacius
lib. 9. observat. cap. 33. Osuald. ad
Donel. lib. 5. cap. 6. lit. L. & alij
plures , unde insistentia et sedium
positio requiritur , ut possessio ac-
quiratur , quod in Actorem non
requiritur , et bene demonstra-
tur ex instrumento fol. 35. et ex
alio fol. 534. et passim his in actis
divulgatum appareat. Circa secundam

cons.

contradictionem respicientem prædictam clausulam, ut queunt causidi ci quasi e cælo delapsam etiam respondendum est, quod clausula illa; *escolhendo Gomes Soares de viver em Castella*, elucidata à fundatore maioratus Roderico Gomesio Cancellario maiori huju Regni Lusitanæ directa Gomesio Suario non fuit absolute injuncta, sed proprio nomine, et hoc casu facultas illa transmigrandi in Iberiam, limitata est, et restricta ad personam illam primi designati, cui nominatio fuit migratio concessa, ita ut ad alios ejus successores similis migrandi facultas permissa non fuit, imo extincta, cum ipsa persona Gomesij Suarii, nam illo migrandi facultas permissa non fuit absolute data, sed proprio nomine Gomesio Suario concessa, ut iste migrare veleret, si id eligisset, tunc limitata videtur migratio ad eum, et non ad alios permisibilis, propter materiam subjectam, et repugnantiam aliarum clausularum, et intellectam fundatoris maioratus mentem; *argument. text. in L. unica* §. sin autem vers. quid enim si testator cod. de caduc. tollend. & *in L.* quæ conditio 39. ff. de condit. & demonstr. junctis traditis per *Castilh. controv. lib. 3. cap. 15. n. 42.* & *Larream dec. granat. disp. 31. ex n. 6.*

Rursus facit, quod verba legum, cæterarum que dispositionum, ut plurimum sic accipienda sint, ut eorum potestas primo actu concludatur, *text. in L. dotis promissio 68. ff. de jure dotium, & in L. inter sacerorum 26. §. final ff. de pact. dotalib. text. in L. cum plures 15. §. final ff. de reb. autoritate jud. possid. text. in L. eum qui calendis 41. ff. de verbos obli- gat. text. in L. ultim. §. & hoc quidem ad fin. cod. de jure deliberand. cum multis aliis optime Tiraq. in comment. ad text. in L. boves 89. §. hoc Pars III,*

sermonè ff. de verbos. signific. ex n. 2.

Ulterius responderi potest clausula illa migrationis fuit imposta in favorem Lopi Suatij quo ad bona emphiteuticaria elueidata ratione alimentorum, quia frater ex redditibus maioratus tenetur alere fratrem in digentem et degendo in Iberia, difficultis erit exactio.

Denique reliqua oppugnantia jam fuerunt producta et propinata, et cunctis docte subvenit discretus patronus in pec orationibus suis ex fol. 639. et 777. qui bene videtur scopum attigisse et nescimus, quæ recte ab aliis sunt descripta transcribere, pro nostra tamen sententia juvat, quod qualitas in aliquo tempore requisita, licet postea superveniat, nihil operatur, *text. in L. obligari 9. §. tutor ff. de authorit. tutor. text. in L. matrem 17. cod. de probat. notat Angel. per text. ibi in L. his verbis 48. §. interdum de hæred. instituend. nam qualitas admittens vel excludens aliquem ad aliquam rem obtinendam, et jus debet adesse tempore habili scilicet advenientiæ juris talis ex doctrina *Glosæ & DD. verbo constitutus, in Clement. 2. de ætate & qualitate, & Bart. in L. impuberem 22. ff. ad leg. Cornel. de falsa quam sequuntur Aseved. in L. 4. tit. 1. lib. 2. recopil. n. 2. Avendan. in cap. 12. prætor. n. 13. igitur cum haec omnia vigeant in R. appellato, excepto, firmetur judicatum, ob auditis exceptionibus tribus Ulyssipone 1. Aprilis 1676.**

D. Cerveira.

Secundum et iterum jam nostrum edimus judicium circa rem hanc a fol. 609. vers. cum seqq. et fol. 808. tertium virtute Decreti Principis nostri augustissimi meditatione feria, exceptiones revisi, et papyrus de novo devotum ponderavi. Dicta d. fol. 808. ad hoc arrident, tum quia so-

Iida sunt, & stabilia, tum quia pacis scripta fædera ea non diruunt ex sequent. Primo ex prævisa certificatio-ne fol. 33. quæ eruta non appetet, neque nugatoria dici poterit, nam A. excipientis perduellio nulla ter-giversatione celari unquam valebit, qui tanta immanitate, et hostili animo in Principem et Regnum anima-tus fuit, locumque habet juris dis-positio, de qua in L. ultima ff. ad leg. Jut. majestat. & in L. quisquis 5. coa. eod. tit. Ord. lib. 5 tit. 6. & legislatores, quos experientia docuit, non de esse, qui à tanto seclere per petrando aut patrando sola patriæ pietatis, ac di-vinæ justitiæ veneratione non de-terreantur, quam graves pœnas, quamque varias hujusmodi flagitio irrogarunt, neque ipsius A. evasio-nes aliquid condonationis merentur, siquidem Romanis, non solum salus populi, sed quod magis mirum est, vel ipsa disciplina Castrorum, anti-quior fuit, et charior ipsis antiquis, quam charitas filiorum text. in L. post liminium 19. §. filius quoque fam. transfuga ff. de captivis & post limin. revers. Osuald. ad Donel. lib. 17. cap. 4. lit. H. Anton. Faber decad. 82. erro-re 8. & in sua jurisprud. tit. 1. prin-cip. 5. illat. 1. & latius tradidi in cō-mentar. ad text. in L. 2. Cod. de dolo malo à n. 25. cum eam legem audi-toribus nostris dictarem codicis ca-thetram in Academia relegens; anti-quior dicitur, inquam non tempo-re sed authoritate, aut in præfata lege doctissimus Gotthofredus elegan-ter interpretatur, nec enim parenti-bus nostris solum nascimur, sed prius patriæ, & Reipubl. cæ, text. in L. 1. §. & generc'iter ff. de ventr. in possess. mittend. & in L. 3. § quod pater & in L. honor 14. §. plebei ff. de muner. & honorib. & certe, qui ita delinquit, & omnium flagitiosissimi perduellionis reus est, quando qui-

dem contra patriam hostili animo concitatus invenitur ac multo magis contra Principem, cui debemus quid-
quid patriæ & siquid amplius debe-ri potest.

Secundo præceptorum, & clausu-larum fundatarum & institutarum ob contraventionem, in obedientiam, & in observantiam præsentorum ma-ioratum, qui contravenientibus si-milem privationem imposuerunt, nam totum id pendet à voluntate iporum met fundatorum ex doctri-na Baldi in L. unica cod. de his quæ pœnæ nomine, & aliorum Doctorum, quos recenset Alex. conf. 52. in princip. & conf. 57. n. 2. & conf. 138. n. 24. vol. 1. Galganet. de cond. & demonstr. p. 2. cap. 5. q. 3. Joseph. de rustic. in L. cum avus 102. ff. eod. tit. de cond. & demonstr. lib. 6. cap. 5. Surd. decis. 7. n. 12. & ex his & aliis laudatis à Castilb. controv. lib. 5. cap. 94. à n. 1. de qua re multa diximus in scholiis ad text. in L. 1. ff. de his quæ pœnæ nomine relinq. ex n. 79. non in fæli-citer cum cathedram primariam mo-derarem; hæc sane voluntas bene eli-citur ex præfatis inst. tutionibus ho-rum trium maioratum à d. fol. 17. & 20. & 24. ubi fundatores Roderi-cus Gomesius, & Ferdinandus ap-posuerunt clausulas ibidem exaratas & conditiones, & eo casu, quo suc-cessores contraveniant, tunc per eo-rum contraventionem exclusi, & pri-vati permaneant, & ad hanc maiora-tuum exclusionem & privationem ob contraventionem debet per plenam probationem constare de ipsa contra-ventione, & transgressione clausularū, & conditionum, & quidixerit hære-dem, seu maioratus successorem non servasse prædictas conditiones & con-travenisse tenetur probare Bart. conf. 139. num. 4. Craveta conf. 1. n. 7. lib. 1. Castilb. ubi proxime d. cap. 94. n. 20. & lib. 6. tom. 2. cap. 127. à num. 1. & 48. Fusar.

Fusar. de fideicom. substit. q. 582. n. 23. Unde hujusmodi contraventio, & incapacitas, in habilitas, & impedimentum Actoris excipientis comprobantur clarissime ex testibus locupletibus à fol. 344. cum seqq. & ex clausulis praedictarum institutionum d. fol. 17. vers. post medium ibi, ou desleal ao Reyno, junctis, & compaetis verbis seqq. ibi, que logo por esse mesmo feito seja privado delle, & d. fol. 21. vers. post med. ibi, e esse morgado seguirá as condições do outro morgado, que seu pay o Doutor Ruy Gomes que Deos baja, que foy Chanceler mōr destes Reynos fez da fazenda da dita Villa de Torres vedras, & d. fol. 24. vers. ad fin. ibi item quero, e mando, que o administrador deste meu morgado, &c. se bajão seus bens de confiscar &c. que logo por esse mesmo feito a dita administração, e morgado, e a renda, e proveito delle passe, e fique todo àquelle, a que segundo a ordenança deste morgado veria por morte natural do tal administrador, que tal caso acontecer fol. 25. in limine sic statutum reperitur. Hinc est, quod quando datur majoratus exclusio, & privatio per dispositionem hominis non valet dispensatio, concessio, seu Regia facultas, ad hoc ut contraveniens, & in obediens perduellis contra voluntatem institutorum, & in præjudicium alterius vocati maioratum obtineat, 8 quia Princeps non valet dispensare, nec disponere in præjudicium juris tertij acquisiti, neque ad id alterare, & commovere modum succeedendi in maioratibus à primis fundatoribus institutis text. in L. 2. & in L. rescripta 7. cod. de precibus Imper. offrend. & in L. si testamentum 10. cod. de testam. & in L. si donationem 5. cod. de revocand. donat. Anton. Faber. in sua jurisprud. tit. 2. princip. 8. illat. 2. Covas variar. lib. 3. cap. 6. Pars III.

n. 5. Garcia de nobilit. glos. 12. n. 86. Larrea decis. granat. tom. 1. disp. 8. n. 74. Menchaca de succes. creac. lib. 1. §. 1. n. 29. & lib. 1. controv. cap. 5. n. 21. Menoch. conf. 158. n. 33. & conf. 250. n. 75. Molin. de primo gen. lib. 3. cap. 3. n. 11. & lib. 1. cap. 8. ex n. 30. Alter Molin. de just. & jur. disp. 174. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 9. à n. 555. Peregrin. de fideicomis. art. 57. n. 107. Petra de potest. Princip. cap. 30. per tot & maxime ex n. 31. solorsan. de jure Indiar. lib. 2. cap. 16. n. 37. tom. 2. Mier. de maiorat. 2. p. in initio à n. 260. Roland. conf. 45. n. 113. vol. 4. Surd. conf. 1. n. 29. & conf. 317. n. 32. Sarmient. lib. 1. Select. cap. 8. n. 13. Pinel. in rubr. cod. de rescind. vend. 1. p. cap. 2. n. 18. & à n. 24. omrino videndus Castilh. controv. lib. 2. cap. 4. n. 66. & alij quos laudant novissime additionatores ad Molin. d. lib. 1. cap. 8. ex n. 28. usque ad n. 31. Facit quippe Princepem ingratia generali semper attendere utilitatem tertij, ita ut nihil cum ejus damno velit statuere text. in L. 2. §. si quis à Princepe ff. nequid in loco publico, cum late congestis à Levalhos q. 2. n. 32. Giurb. conf. 57. n. 6. cum sequenti. Gusman de evictionib. q. 52. n. 2. Mastrilh. ad indultum cap. 21. n. 1: neque jus alteri jam quæsum tollit, ut diferte edocet Amaya lib. 1. observ. cap. 1. ex n. 51. etiam in indulto generali, ut proxime audivimus. Plane hujuscemodi resolutio, in dubitanter locum sibi vindicat, quando in erectione, & institutione majoratus adest dispositio expressa ipsius fundatoris; per quam privatus perduellis successor, ipso facto à successione, & possessione majoratus, & jubet talis ejus institutor, quod statim, & incunctanter transeat, & vadat ad tertium de familia sua, prædictus majoratus, ut evenit in præ-

De qua late egimus in nostra deliberatione fol. 616. vers. n. 20. et 21. cum seqq. propter quam etiam ab hoc maioratu excludimus memoratos pertenores, quia notorie contravenerunt prædictæ clausalæ inserviendo Regno ac Regi extero, reliquo nostro Regi et Regno, in cuius obedientia et servitio cum jamento domiciliati adhuc vivunt, etiam post pacem initam.

Nec in contrarium obstant allegationes in A. favorem et sororis consideratæ jam aliquæ multoties repetitæ non obstat primo illa nova allegatione fol. 766. vers. n. 12. dum di-

cunt

cunt illam clausulam, que possa servir ao Reyno, e ao Rey, esse intelligendam de quocunque Rege amico, non de Regno & Rege Lusitano, quam allegationem non esse admittendam, ex seqq. patet, quia A. & oppositrix in servierunt Regno, ac Regi tunc temporis inimico, ergo ex sua propria allegatione resultat fundamentum ad illos excludendos secundo loco, quia illa intelligentia inserviendi Regno ac Regi amico, licet extero peccat contra charitatem, quae debet incipere a se ipso *L. præses Cod. de servit.* Et aqua, si institutor erat Lusitana origine & habitatione, & in Lusitania fecit institutionem, peccaret contra charitatem, si illa clausula inteligeretur de Regno ac Rege extero, & non Lusitano, quando ratio naturalis postulat quod Vassalus inserviat suo Regno, sive patriæ, & suo Regi, obedientiam & obsequia Vassali illi præstando, ut supra narravimus n. quod idem de jure civili ostenditur ex *Ord. lib. 4. tit. 100.* §. 5. ibi: *e nos poderemos possuidores delles com mais facilidade servir;* & hoc adeo verum est, quod *Ord. lib. 2. tit. 55.* §. 3. ubi pœnam imponit illi, qui voluntarie à suo Regno proficiunt ad habitandum in alio ibi: *Os filhos que lhes nascerem fóra do Reyno, e senhorios delle não serão havidos por naturaes;* ibi: *pois o pay se absentou por sua vontade do Reyno em que nasceo.*

Tertio ostenditur allegationis fallacia ex *text. expresso in §. sed jus civile inst. de jure natural gentium & civil.* ibi: *sed quoties non addimus nomen cuius sit Civitatis, jus nostrum significamus.* Id est jus patrium Romanorum, & infra ibi: *sicut cum poëtam dicimus, nec addimus nomen subauditur apud Græcos egregius homerus apud nos Virgilius.*

Pars III.

Ergo similiter quando Lusitanus nominaverit Regnum ac Regem, ut succedit in casu nostro debet intelligi de suo Regno, sive patria, & de suo Rege, & nullo modo de alio Rege nec de alio Regno, si Lusitanus nominaverit poëtam non addito nomine debet intelligi de Alvisio de Camões, ergo à fortiori multiplici de fundamento nominando Regnum ac Regem de sua patria, & de suo Rege est inielligendum, & non de alieno sicuti quando proclamatur per vocem Regis, nostrum intelligimus, & non aliud; quarto tandem ex præcepto decalogi quo cavetur ut honoretur pater, & mater, quis dubitabit præceptum esse intelligendum de patre proprio unius cuiusque, & non alieno, quia ita postulat naturalis ratio, ut atiam in nostro casu ex dictis patet nostra assertionis veritas & allegationis præ dictæ in concludentia.

Nec etiam obstat altera allegationum dicunt in predicta clausula non declarari, quod possessores in servissent præcise Regno ac Regi suo sub pœna privationis successionis majoratus, ideo licet non inservirent Regno & Regi nostro, sed alteri, ut fuerunt, & faciunt, non ideo privari debere, quia ad hanc allegationem respondet, & facile convincitur ex forma illius dispositionis ibi: *Não sandeu, nem aleijado, com tal disposição que possa servir o Reyno, e o Rey da terra.* Non dubitant A. & oppositrix, quod successores in quibus illas difformitates reperiuntur, sunt exclusi à successione maioratus poster finem, nempe quia serviendi sunt incapaces, nam claudus & infanus non sunt in habiles ad succedendum, solum hi excluduntur propter finem, qui licet sit ultimus in executione, est primus in intentione *L. 1. Cod. execut. rei judicat.*

Ee Causa

Causa namque finali deficiente corruit dispositio, supra probavimus fol. 660. n. 34. & 35.

Si ergo infans & cladus excluduntur, quia non sunt media capacia ad illum finem à fortiori excludi debet, qui sanæ mentis & corporis fuerit in serviendi capax, & suo Regno, & Regi non servierit, imo alieno, contraveniendo fini defiderato per institutorem amore naturali suæ patriæ, & sui Regis inducta ad unum finem non debent contrarium operari *L. legata in utiliter ff. adimend. legat.* quod sequetur si admissio sanæ mentis & corporis ad serviendum suo Regno, ac Regi, ille non solum non serviret, sed alieno, contra suam propriam patriam, derelinquendo ejus servitium, cui adstrictus erat de jure naturali, & positivo, ac tandem ex institutoris lege; media namque non solum sui finis naturam sequuntur, sed ab eo regulantur *L. oratio ff. de sponsalibus*, licet ad finem consequendum invenitur privatio in medio non habente qualitates ad serviendum, à fortiori per contraventionem contra finem ad quem dirigitur medium, alias in utilis esset privatio in medio, si finis implementum deficeret; nec contrarium suadet impedimentum serviendi in Infante consideratum, quia iste servire potest Regi in palatio, quod sufficit ultra quam quod licet iste propter naturale impedimentum ipsius naturæ, per aliquos annos in serviendi capax non sit, attamen in istis non est ea pax contraventionis, idest serviendi contra suam, patriam, per quam contraventionem privatur A. & oppositrix, qui si in nostro Regno in suo domicilio naturali habitassent, & de facto non servirent, quia vocati ad servendum non fuissent, nec ad missi, nec

ideo à successione removeri debebant, quia clausulæ non contravenerant, ut fecerunt serviendo alieno Regi, & deferendo propriam patriam.

Alteræ allegationi nempe quod institutoris voluntas non fuit ut successores maioratus habitassent in hoc Regno, imo apud Castellanos, ut videtur colligi ex institutione fol.

28. vers. ibi: *Escolhendo Lopo Soares de Viver em Castella.* Summo genio ac ingenio responsum fuit liberali calamo, ac uberrima chronicarum notitia à sapientissimo unaque vigilantissimo juris consulto, qui nihil intactum reliquit in suis allegationibus fol. 801. a n. 94. usque ad n. 107. & nihil addendum supereft, quod vel scriptum non reperiatur, ideo ex vi hujus clausulæ etiam A. & oppositrix excludi debent à successione hujus maioratus.

Denique altera invenitur allegatio circa maioratum institutum a Ferdinandō, de quo ad eft institutio fol. 24. cum seqq. in qua non invenitur in serviendi clausula, ex quo capite intendunt A. & oppositrix succedere in hoc maioratu, quod ita foret, si ex alia clausula criminis comissi ab eadem successione exclusi non fuissent per institutorem, ut supra latissime ostendimus a n. usque ad n. igitur impedimentis rejectis sententia expediri debet.

Quod attinet ad impedimenta illustrissimæ Comitisæ Divi Michaelis, quæ nullo justitiæ fomento juvantur, illa etiam excluderem confirmato judico. Ulyssipone 4. Januarij 1677. Gouvea.

Tres sunt maioratus, de quibus disceptatur in hoc processu, primus, institutus fuit à Roderico Gomesio de Alvarenga, tunc temporis cancellario maximo in hoc Regno a fol. 17. Secundus, ab ejus filio Gomesio Suario fol. 21. vers. Tertius,

tius, a Ferdinando de Mello fol. 24.
qui etiam filius erat ejusdem Rode-
rici.

In primo maioratu, inter alias in-
veniuntur illæ clausulæ adeo decan-
tatæ, ac repetitæ in hoc processu
scilicet, em seus descendentes baroens
lidimos mais velhos non sandeu, nem
aleijado em tal disposiçao que possa
ser vir ao Reyno, e ao Rey da terra,
de alia ibidem. scilicet, e acontecen-
do o que Deos defenda, que cendo al-
gum possuidor desse morgado herèje,
ou desleal ao Reyno, ou manifesto
prodigo, que logo por esse mesmo fei-
to sera privado delle, e venha áquel-
le, a que viria se elle morresse sua
morte natural.

In secundo maioratu eadem clau-
sulæ inveniuntur, quia sub etisdem
primi fuit institutis in hac parte fol.
21. vers. ut simul cum primo in def-
endentibus de veniret, excepto casu
in institutione expresso de quo hic
non agitur. In tertio maioratu non
est clausula prima supraposita, sed
tantum secunda, vel ei similis ut
fol. 24. vers.

Decurrente tempore ad unicum
possessorem, & administratorem if-
ti tres maioratus devenero, videli-
cet ad d. Joannem Suarium, qui post
felicem hujus Regni acclamacionem
transfugit ad hostes cum uxore, ac
liberis contra Regem & Regnum ar-
ma ministrans, sicut postea Actor
ejus filius; deinde cum ex bello ad
pacem essent inita fædera in articu-
lis pacis, ita in octavo fæderatum
est. Todas as privaçoens de heran-
ças, e disposiçaoens feitas em odio da
guerra saõ declaradas por nenhumas,
e como naõ acontecidas.

Duo igitur decidenda veniunt in
præsenti primum, an illa secunda
clausula, quod propter in fidelitatem
transeat maioratus in sequentem vo-
catum, ac si administrator in eam

Pars III.

incident naturaliter mortuus effet,
comprehendisset d. D. Joannes Suar-
ium, ejusque filios Actorem, &
Marchionissam opponentem, ut
Reo sit locus in his maioratibus, eos-
rumque administratione; secundum,
an illa prima clausula, em tal dis-
posiçao que possa servir ao Reyno, e
Rey da terra, repetita censeatur in
omnibus tribus maioratibus, & ex-
cludat à successione commorantes
extra Regnum, etiam si non inve-
niantur nota in fidelitatis.

Et licet pro Reo sententia fuisset
prolata, & in Senatu confirmata pec
sipientissimos patres, disettissime que
de more doctus Rei patronus ejus
causa, qua fieri poterat juris autho-
ritate ac eloquentia exornaret, ta-
men acquiescere sententiæ non pos-
sum imo per impedimenta oblata,
eam revocandam dicerem.

Nam quo ad primum existimo
illam infidelitys maculam, ac si
nunquam existeret, abolitam extin-
ctam que fuisse virtute fæderis ini-
ti inter Reges pro bono pacis, ut
optime pro Actor fuit propositum,
quia licet regulariter dominium
translatum in sequentem succeſſo-
rem maioratus propter crimen læ-
sa majestatis commissum ab admi-
nistratore, non possit per Principem
auferrri, ut iterum revertatur ad ip-
sam administratorem restitutum pec
Principem, hoc tamen fallit in præ-
senti casu ex vi dictæ fæderationis
pro pace publica consequenda, ut
tenent communiter D.D. Peregrin.
de jure fisci lib. 5. tit. 2. n. 49 cum
Bart. Bald. Alex. Paulo Caſtr. &
alijs multis Farin. lib. 1. tit. 1. q. 6.
n. 41. in specie maioratus Molin. de
primogen. cap. 2. n. 14. & lib. 1. cap.
8. n. 31. & lib. 2. cap. 7. n. 28.

Ex eo, quia pro pace habenda
id fieri conceditur, quoniam pax
adeo grande bonum est, ut in re-

Ee 2

bns

bus humanis nihil gloriosius, nihil delectabilius, aut utilius acediri, aut concupisci, possideri ve soleat, ut ex D. Augustino, & aliis Peregrin. supra n. 50. & utilitas publica efficit, ut tolli possit jus quæsumum contractu, sententia, vel quilibet alia dispositione, Valens. conf. 167. n. 77. secundum glos. et DD. in L. ultima cod. si contra ius, et publ. utilit. & præponderat quibuscumque privatis fideicommisorum præjudiciis Gras. forens. cap. 331. n. 8. et cap. 959. n. 2. & multis aliis comprobatur authoritatibus a fol. 391. & aliis in locis, quas non repeto, ne tempus conteram.

Nec contra Actorem aliqua institutorum voluntas conjecturata potest considerari, imo pro eo adest tota institutionum vis, cum sit filius primogenitus, quem primo & principaliter vocarunt, & magis dilexerunt instituentes, quibus nulla injuria facta probatur, ob quam Reus magis dilectus dici possit, injuria enim, quæ ab Actore, ejusque parente facta proponitur principaliter contra Regem & Regnum fuit irrogata, & pro bono pacis publicæ fuit remissa, ac si nunquam existeret, & quando Princeps pro pace, & utilitate publica consequenda remisit injuriam, & crimen, multo fortius remitterent, institutores, quia regulariter clausulam illam privationis propter crimen læse majestatis, vel aliud per quod bona veniunt confiscanda, scribunt, ne bona ad fiscum veniant, ne eis careant filii & descendentes, ut per Molin. de primogen. lib. 2. cap. 12. n. 56. & seqq.

Nec item Actori officit ad hos maioratus consequendos regressus ad Regnum Castellæ post pacis fæde rationem licet non præstito obsequio nostro invictissimo Principi, ut la-

te pro sequitur a fol. 411. & quando aliud Princeps noster decerneret, tunc Marchionissa Actoris fortor eum ac Reum excuderet à successione maioratum, quia in ea nulla in fidelitatis macula invenitur, & si quam fuisset antea contracta per pacis fædera esset extincta, ut dictum est.

Quo ad secundum de clausula illa, non sandeu, nem aleijado em tal disposiçao que possa servir ao Reyno, e Rey da terra, hæc clausula non inventur in tettio maioratu instituto a Fedinando de Mello a fol. 24. & dieo si talis clausula officeret Actori, esset tantum ad primos duos maioratus consequendos, & nimine ad hunc tertium maioratum.

Verum etiam ad illos primos maioratus consequendos clausulam prædictam Actori non ob esse extra Regnum habenti domicilium constanter teneo, quoniam verba illa; non sandeu, nem aleijado em tal disposiçao que possa servir ao Reyno, e ao Rey; ad corporis valitudinem, & mentis sanitatem requisitam demonstrandum fuerunt pro lata, non autem ad necessitatem serviendi inducendam, ut alio migrare non posset administrator, nec verbum illud (possa) aliud significat in præsenti, imo de sui natura verbum, possit, denotat voluntatem, & facultatem non autem necessitatem L. sæpe ff. officio Præsidis L. non quidquid ff. de jud. Surd. conf. 98. per tot. & conf. 289. n. 17. & conf. 402. n. 32. cum multis aliis Castib. tom. 6. lib. 5. cap. 114. n. 14. & per tot. ubi materialiam examinat. & licet in multis casibus verbum possit necessitatem inducere videatur, ut in L. statu liberos 3. §. quis acceperit libertat. ff. de statulib. L. placet & ibi glos. verbo posse ff. de liber. & posthum. & aliis a DD. adducelis, tamen hoc intelligit

gitur ratione subjectæ materiæ, non autem de sui natura ut per *Surd. dec.* 268. n. 3. *Cyriac. controv.* 548. n. 15.

At in casu proposito verba illa cum sint pro lata ad demonstrandam corporis validitudinem, quam debet habere, qui ad maioratus administrationem sit admittendus, ne inutilis ad familiæ & descendantium honorem augendum admittatur, non possunt extendi ad necessitatem serviendi, & ad inhabitationem inducendam ne extra Regnum domicilium & augmentum querere possit, ut optime dedit *Peregrin. de fideicom. art. 16. n. 110. ex text. in L. fin. §. Titia ff. de libr. leg. L. Mela in princip. ff. de alim. & ub. leg. L. quidam testamento ff. leg. 1. & ex Bartol. Bald. & aliorum autoritate dicens*, quod ubi in testamento, vel aliqua alia dispositione reperitur aliquod verbum designans qualitatem aliquam, quæ potest accipi demonstrative, & dispositiva, tunc in dubio præsumitur stare demonstrativa, & non dispositiva, idem tenent *Fusfar. cons. 190. n. 114. cum Simon de Prætis, Menoch. lib. 4. præsumpt. 51. n. 11.* & est communis doctrina ex supradictis.

Quod dilucidatur ex ipsius insti-tuentis expressa voluntate fol. 18. vers. ibi: *Escollendo Gomes Soares viver em Costella*; iste Gomesius erat filius maior, & primo loco vocatus ad maioratum primum, de quo agitur; ergo in illis verbis, *em tal disposiçao*; non sicut imposta servitus vel prohibitio extra Regnum habitandi, & solummodo fuerunt pro lata, ut dictum est, demonstrative, & his expressis verbis declarantur illa supra repetita in principio posita, & tollitur omne dubium, si quod considerari posset, quoniam licet qualitas extrinseca, per quam

modificatur, suspenditur, aut ali-ter qualificatur dispositio, non vi-deatur repetita in sequenti, vel alio capite, tamen quo ad declaratio-nem verbi, quod potest continere plus vel minus, secundum unam, vel aliam significationem qualitas adjecta uno capitulo, quæ signifi-cationem nominis, vel verbi restringit, potest videri repetita in alio capitulo ad declarationem significa-tionis nominis, vel verbi, sive præcedat, sive sequatur, ex *L. verum ff. petit. hæred. & L. qui filiabus in princip. ff. leg. 1. cum Bart. Angel. & aliis communiter DD. Peregrin. de fideicom. d. art. 16. n. 108. Mans. tic. de conject. lib. 6. tit. 13. n. 5. Fusfar. de subflit. q. 320. n. 79.*

Nec aliud evincere potest inter-pretatio horum verborum in con-trarium excogitata a fol. 79. vers. quæ magis ingenio & studio extor-natur, quam veritate juris, & licet tempore institutionis hujus Regni Rex Alfonsus 5. nostre Lusitanie moderamen una cum Regno Castel-læ habuisset ex matrimonio contra-eto cum illius Regni Regina, non ideo sequitur quod institutor hujus maioratus facultatem migrandi in Regnum illud concessisset adminis-tratori, ex eo quia idem Rex utriusque Regni esset moderator, quo-niam id non habebat perpetuitatem, nec habere poterat stante lege Regni ex Comitiis Lamacensibus, de qua Frey Anton. Brandaõ in Monar-chia Lusitana p. 3. lib. 2. cap. 13. adducta ab ipso Rei patrono fol. 796. & ipse Rex ita decreverat a fol. 804. ibi: *E logo El Rey fez huma declaraçao que se da Raynha Dona Joanna, com quem estava para ca-zar houvesse filhos o Principe Dom Affonso sucedesse a seu avô nos Reynos de Portugal: & quæ veniunt ex accidenti, non sunt in considera-*

tione

tione; ad alia satis est responsum, & temporis angustia repetitionem tollit. Ulyssipone 24. Aprilis 1677.

Vanvessem.

Multa, & late dicta, & congeta sunt a doctissimis Advocatis, à præstantissimo Regis Catholici oratore; nec non a Patribus sapientissimis in hac difficulti, & gravissima contentione, ita ut quod. Ego super addere possim, vix mihi super esse videatur, verum tamen ex spicis tantarum messium, vel casu, vel consulto relictis, multa in medium, parum animadversa aducam, & alia hucusque non libata, breviter & quasi compendiose recensabo absit amor, recedat odium, exulet cupiditas, & sola justitiae vexilla mentem ducant, iter aperiant, & tandem in optatum recti, & æqui finem insensibili virtute dirigant, & suavi coactione impellant, quod non totis viribus poscimus, & maiori cum voluptate amplectemur.

Vestibulum ante ipsum, primo que in limine rerum impeditamentis non annuo, & judicatis libenter accedo, sed quia proximioris domini exclusissimi culenda nimis urget, et resistit authoritas, totus ero in eo debito cultu civiliter explicando, ut quæ attulit, vel non noceant, vel decisio convenient.

Primum ejus fundamentum est, quod licet regulariter dominium translatum in sequentem successorem maioratus propter crimen læse majestatis ab administratore commissum, non possit per Principem auferri, & iterum redire ad eundem delinquentem jam restitutum, hanc regulam tamen fallere in præsenti ex vi pacis initæ, quam limitationem dicit esse communem, et citat Peregrin. de jure fisci lib. 5. tit. 2. n. 49. Farin. lib. 1. tit. 1. q. 6. n. 41. & in specie maioratus Molin. de pri-

mog. lib. 3. cap. 2. n. 14. & lib. 1. cap. 8. n. 31. & lib. 2. cap. 7. n. 28.

Cæterum nullus ex his DD. nostram quæstionem per urigit, sed aliam longe diversam, quando scilicet possessor factus est incapax obolum crimen a se commissum, tunc enim ei restituto redit iterum successio, sequenti jam de lata, et ita loquuntur prædicti DD. modo infra explicando; nostra tamen quæstio aliud petit; an scilicet, data generali restitutione, successio sequenti de lata, ei auferenda sit, & reddenda incapaci, quem ipse institutor à possessione, & successione perpetua removit? & hæc quæstio nec à Peregrino, nec a Farinacio, nec a Molina tacta fuit prædictis locis, unde nec adduci, nec allegari merentur ad ejus decisionem; ut dici solet de illatione facta à diversis, & probat text. in L. inter stipulantem §. Sacram. ff. de verbis. obligat. Surd. conf. 150. n. 94.

Hac in genti contraria rationis mole oppressus idem colendissimus dominus, difficultatem veritus, eam non discussit, nec in examen vocavit, sed à longe tetigit, nullam subesse contrariam conjecturam, deductam ex voluntate institutorum, qua delinquentis restitutioni obesse vellent, & verum dicit, quia ad eft expressa eorum dispositio, & successionis privatio, quæ cum clata, & patens sit, conjecturis non utimur, nec illis opus est Valens. conf. 105. n. 78.

Et minus movet illa præsumptio ex maiori dilectione deducta, quæ erga primo loco vocatos versari solet, cum ea sibi solum vendicet locum, rebus in eodem statu permanentibus, conditione, videlicet adjecta, dum per primum vocatum instituentis memoria, dignitas, & familia perpetuo conservari possint, quo

quo est finalis causa ; qua homines moventur ad instituendos majoratus *Reinos. observ. 33. n. 6. & 8. Valens. conf. 60. n. 80.* mutato autem rerum statu , superveniente que possessoris magis dilecti dedecore , atque infamia ob horrendum , & scelestissimum crimem læsa majestatis , ipsa eadem maior dilectio in odium convertitur , cum per descendentes hominis infamis institutoris dignitas , & memoria ad tuendum , & augendum generis splendorem conservari 39 non possint ; tanta enim est hujus criminis atrocitas , ut innocentem descendenter usque infamet , & à summo dignitatis fastigio longe dejiciat *Ord. lib. 5. tit. 6. in fine princip.* Unde satis mirari non possum , notabilem , & mihi in auditam tanti viri assertionem , nempe quod possessor majestatis Reus , transfuga , & acerrimus patriæ oppugnator , nullam tanto fascinore injuriam institutoribus intulerit , & saltem principaliter , licet Regno & Regi illam inferret ex quo colligit , quod si Princeps illam remisit , multo fortius illam remitterent institutores , qui clausulam privationis regulariter scribunt in fraudem fisci , & citat *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 12. n. 56. & seqq.* qui neutrum dicit ; & negari non potest , quod propter injuriam ascendentibus illatam non possunt eis succedere filij delinquentis *L. quisquis §. filii vero & §. ad finalis Cod. ad leg. Jul. magest. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 2. n. 13.* & in praesenti non est locus conjecturis , quando liquet de privatione , & de remissione non liquit , praesertim quia argumentum claudicat , nam licet Princeps crimen , & pœnam remiserit , infamiam non abolevit , nec illa unquam deleri poterit , quandiu publica utriusque Regni monumenta extiterint ; atque ita

culpa abolita est pœna remissa , sed non infamia , quia institutorem dignitas læsa queritur , quia non descriunt institutores illa labe factari per suos descendentes non secundario ; sed nimis principaliter , tum quia dedecus illos directe tetigit , tum quia illorum præceptum contemptum fuit , & non potuerunt contentionis injuriam magis exprimere , quam transgressoribus privationis supplitium irrogando , ut interrogare , & minari poterant , sicut ex aliis probat *Molin. de lib. 2. cap. 12. ex n. 56.* à sapientissimo domino allegatus , & fit planum , quæstionem , ex qua decisio pendet , hujusque non fuisse ab eo , neque ex citatis DD. tractatam , neque direptam in locis citatis.

Nec Marchionisa opposita diverso jure nititur , cum transfuga etiam , & rebellis fuerit , & tenax adeo , ut patriæ hosti nuberet , & hostilem cum hostibus naturam sibi assumere , despecto patriæ amore , & Lusitani nominis legibus , atque insigniis non dubitaverit , quo minoris ætatis præsidium prorsus evanvit , siquidem & in hoc , & in illo tempore , vel mitius , vel severius puniri poterat ad *Ord. lib. 5. tit. 136.* unde cum patre , & fratre id eadem causa est.

Nec reciproca pacis sanctio cap. 8. eis opitulatur , imo potius illis nocet aperte , non agens de privationibus hereditatum , & de aliis similibus dispositionibus per quas utriusque Principis cives aliquod præjudicium censerant , & censi essent , earum nullitas declarata fuit , ac si unquam evenissent , attamen non omnis privatio , & dispositio omnium specierum comprehensa fuit , sed solum illa belli odio facta . Similiter agens de restitutione bonorum , de omnibus egit bonis , sed de illis tantum , quæ essent apud fis-

cum

cum, & Regiam coronam, nec de omnibus personis, sed de eis dum taxat, quibus bona restituenda jure competenter, si nunquam bellum intercederet. Unde solum illis, qui propter bellum, & belli odium privati erant suis facultatibus, restitutio pro fuit, non vero illis, qui aliis de causis privationem sentire cogebantur; cum vero Actor, Pater & ejus filia non propter bellum, aut ob illius odium solum privati essent, sed etiam propter fugam, & negationem majestatis, cuius intrusum tiranide serenissimum Regem nostrum Joannem facto, & dictis existimatunt, quod crimen non orto, neque excitato utrinque bello, læsa majestati ad scribitur, consequens est, eos pacis sanctione non includi, saltem ob fugam, & negram majestatem, debitam que suo naturali Regi obedientiam; licet inclusi fuerint propter bellum, & copiarum ductum, quo patriam, & Principem vastare, & evertere moliti sunt, quibus conjunctio pacis solum scripta est, quæ cum strictæ sit naturæ, ut ait Ursil. ad Affl. decis. 403. n. 1. non debet ultra progredi, & comprehendere drivacionem ab institutoribus impositam ob solum, illud, quod Regem suum, ut Regnum non agnoverit, & Regis jus in alium transtulerit, etiam ante fugam, cum hanc nefaria hæc præcederet cogitatio, & bello etiam fuerit prior; Principes enim in dicto cap. 8. non declararunt pro nullis eas privationes, quæ multis retro ab annis factæ fuerant ab institutoribus, nec earum bona privatis restitui justerunt, sed solum illa, quoram privationi bellum causa fuit, et à lege facta censetur; quod magis patet, sive observemus obligationis formam dicti cap. 8. sive obligationis substantiam, quoniam in eo

nec dictum, nec cogitatum fuit de annullando institutoris præcepto, nec de restituendo, quod in obedienti ademptum fuit per expressam disponentium voluntatem; quare cum hæc, nec adicta nec cogitata fuerint, nequaquam comprehenduntur in eodem pacis capitulo terminanter Affl. d. dec. 403. n. 4. & 5. eo vel maxime quia restitutio respicit personam ejus, cui bellum possessionem justam adimit trans fugæ autem non ab illo privati sunt, sed à cogitatione deserendi Regem, & patriam, propterquam prius intravit privatio institutorem, quæ stare, & dari poterat sine bello, nam illud idem, quod post longum bellum Rex Catholicus operatus fuit, cum pacem instanter exoravit, sine bello poterat statim operari, & tamen trans fugæ obsolam negatam, & contemptam majestatem, etiam si non transfugerent, in confiscationem inciderent, & pœnam institutione incurserent, cum vero pacis capitulum solum restituit; quod bellum abstulit, & sine illo, imo non dato, privatio, orta foret, planum est, quod non bonam causam habent Actor, & ejus fœderi; restitutio enim non querit privationem factam ab institutore, sed a Princepe; institutores enim bellum non gerunt, sed Principes, & ideo in præsenti solum, quod ipsi per bellum abstulerunt; restitui mandarunt, & non, quod jam antea per institutores ablatum erat, quod aperi- tius demonstratum est illa designatione relata ad fiscum, & ad Coronam, quæ enim penes fiscum & Coronam non essent, restitutio non subjeccerunt, atqui jus successionis horum maioratum nunquam intravit, nec intrare poterat ad fidem personam Coronæ, et fisci, obstante expressa institutorum voluntate,

tate, quæ sequi, et compleri oportet; sed illico cum scelus cogitatum, et perfectum fuit, delatum fuit sequenti, qui mortuis delinquentibus successurus erat, recte sequitur, quod Principes non cogitarunt de retractanda privatione ab institutoribus in dicta, sed de illa, quam illi indixerunt, et cum majoratum dominium ad sequentem, post crimen delatum fuerit, et penes illum esset, et conservaretur ex voluntate et dispositione institutorum, restitutio huic favet, et non privato, apud quem dominium non erat, justo enim domino, et non iusto data, et concessa est restitutio, et hæc fuit Principum mens, quam aparte expreſſerunt in eodem cap. 8. et ita prælumendum est de Principibus piis, ut in altera pacis restituzione censuit Senatus Neapolitanus in re possessoria ut testatur, et probat *Afflict. d. dec. 403. n. 12. cum seqq.* & comprobatur auctoritate *Bald. in cap. I. n. 4. de pace const. dicentis*, quod ex inita pace folium censi remissas injurias illatas à domino, dum fuit in societate cum hoste ipsius sui domini et subjungit, quod si vassalus commisit delictum, antequam ad hostes domini accederet, et ob id delictum mereretur feudo privari debet supposito simili capitulo pacis, de quo loquitur, unde cum Actor, soror, et pater delictum commiterint, antequam ad hostes nostri Reges accederent jus Regni ei denegantes, et illud agnoscentes in Rege Catholico, ad quem accesserunt, et priusquam illi accederent, jam intraverat privatio institutorum, recte dicimus quod restitutio rerum antea ablatarum non per Principem, sed per institutores eis non debeatur, comprobabit *Boer. q. 38. col. 2. Vers. quamvis*, ubi dicit, pacem non prodeste male factoribus, quia alia

de causa, quam belli ex proposito deliquerunt, quia tunc ipsi pœnae sponte sua visi sunt se submittere *Menoch. conf. 103. n. 9. & 10.* cum autem successio adempta fuerit per institutores patri, filio, et filiæ ob causum confiscationis, qui extitit ante accessionem ad hostes, et delata sequenti vocato capaci, non potuit venire in restitutione, quia hæc respiciebat bona causa belli penes fiscum et Coronam existentia, non alia juxta formam d. cap. 8. ubi de latam successio nunquam extitit, quæ opinio est magis communis, ut censet *Farinac. in prax. lib. I. q. 6. n. 36. & 37.* ubi infinitos pene congerit *Peregrin. de jure fisci lib. 5. art. 2. n. 79.*

Non negamus, successionem capaci jam de latam ex dispositione testatorum, potuisse venire in restitutione, et incapaci restituto iterum redire, si id, à principe foret expressum, quia favore pacis consequendæ, recte potest Princeps, res à subditis auferre, et eas cuiuscumque condonare, ut ait *Farinac. n. 41.* et administrus debebat expresse dicere, quod illam restitutionem concedebat propter publicam utilitatem, et tunc venire restituenda successio illa jam alteri delata, aliter non, ut terminanter tenet idem *Farin. n. 42. in fin. & aliis citatis Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 19. n. 24. & 25.* atquia Princeps id non expressit, nec dixit, restitutionem concedere propter utilitatem publicam, ergo non posunt Actor, & soror bonam victoriam reportare, & quia defectus harum expressionum nocere debet restitutis, monet illos *Peregrin. d. tit. 2. n. 67.* ut cauti sint rebelles, quod in capitulis pacis apponi faciant, & restituantur ad patriam, & ad omnia bona sua, & intertos alienata, siquidem si hæc expressio defecerit, vel illa, quod

restitutione conceditur propter publicam utilitatem, bona quocunque modo alienata non comprehendentur in restitutione, quamvis a rebelibus postulatum sit, si ita concessum non fuerit *Peregrin.* *ibidem n. 43.*

Nec jus mutat, successionem horum maioratum fuisse aditam, nec apprehensam per Reum, vel per ejus matrem ante restitutionem, quia etiam si aditio non ad esse nec apprehensio, nihil nocet cum dominium mox quiescerit sequentem successorem capacem, quia non poterat pendere, & esse suspensum, & ita ex *Castro & aliis docet Peregrin. n. 37. & 38.* Unde predictum capitulum pacis sic explicatum Reo favet, & Actoribus nocet.

Alio etiam fundamento excludendi sunt, quia & si restitutio eis proficeret, noceret subjectio alterius Principis, & alieni imperii commoratio, saltem in maioribus, quibus dispositio sequens scripta est *non sandeo, nem aleijado em tal disposicão que não possa servir ao Reyno, &c.* in interpretatione hujus dispositionis sapientissimus dominus ad significationem verbi, possit, se contulit, & ait significare voluntatem, & non necessitatem, nisi hoc subjecta materia postulet, & cum materia subjecta respiceret mentis & corporis valitudinem, non est intelligenda necessitas commorandi in Lusitania ad serviendum Regi & Reyno, maxime, quia dictum verbum, possit, relatione ad corporis & mentis sanitatem stat demonstrative, & non dispositive, & propterea necessitatem non inducere.

Ergo autem predictam dispositionem aliter interpretor, verbum enim illud, possit, secundum subjectam materiam, capacitatem, sive idoneitatem significat, non voluntatem, & est sensus, quod nullus

succedat in illis maioribus, qui incapax sit ad serviendum Regno & Regi, & exempli gratia, claudum, & in sanum nominavit, qui sensus magis liquet ex alio verbo: *em tal disposicão* quod quidem verbum generale est, & omnes incapacitatis species complectitur, & non solum illas claudi, et in sani, et non datur maior ratio, cur eos excluderet institutor, et non alios aequalis, vel maioris incapacitatis, praeципue adjecta causa ad serviendum Regno et Regi, nam ubi ratio par est ibi idem *41* jus esse opportet; *L. illud ff. ad leg. Aquil.* quod autem verbum, possit, capacitatem significet, probatur tot. tit. *inst. de nupt.* ubi propter incapacitatem causam ad contrahendum matrimonium ob consanguinitatem, et affinitatem decretum est illas nuptias non posse contrahi, ita explicat *Valensuel. conf. 83. n. 126.* et quod hic sensus conveniat materiae subjectæ, indicat verbum, non, et verbum, nem, quibus in capacitas magis significatur, nam cum capaces vocarentur ad serviendum, claudi, et insani tanquam ad id in capaces, exclusi sunt; cum ergo Actor, et soror ad serviendum, praestandum que Regno, et Regi maiori ad huc incapacitate Laborent, Principem nostrum serenissimum non agnoscentes, ut suum verum dominum, & Regem naturalem, & Regni patriæ que nomen, & naturam rejicerent, aliam tenaciter inducentes, ubi domicilium in æternum fixere, expletissimi juris est, cum claudis atque infanis esse exclusos.

Nec aliud suadet altera dispositio *escolhendo Gomes Soares de vivar em Castella* imo potius nostram interpretationem magis confirmat, nam quando haec institutio, et facultas facta, et data sunt, Castellæ Regnum nostræ Lusitanæ Regi subserat,

berat, cui ibi inservire poterat, atque ea de causa electio ab institutore concessa est, et fragilis est responsio, illud imperium non esse duraturum, quia tunc eslet divinatio hoc responsum poterat enim in aeternum durare, et sufficit quod illa dispositio facta fuerit ad tempus, quo Lusitanus Rex Castellae imperaret, quia illa qualitas imperij Lusitani fuit in causa illius facultatis, cum alia ratio tunc assignari non possit, quae non foret imprudens ad mutandum domicilium apud exteros, patria, parentibus, & fratribus relictis, & ideo illa debet haberi pro expressa Surd. cons. 240. n. 14.

Denique si facultas hæc præspicua & expressa foret, ad huc succumberent Actor, & ejus soror ex crimine commisso, cui privatio accessit, & non pro fuit limitata restitutio. Unde summo studio, & diligentia non mediocri dice adhibita ad evoluendum processum, meditandum quaquod institutores magis vellent, & Principes statuerent, per lectis hinc, atque illine doctissimum ad vocatorum allegationibus, nec non erudissimis clarissimorum Sanatorum suffragiis, præstito que non exiguo labore in consulendis Doctoribus adervendam juris, & iustitiae veritatem, ut nec partibus nec pacis capitulis quidquam detraherem, sed æqua decisione juncta componerem; ex quo rupta eadem capitula dici non possunt, ut censet, & probat *Affl. dec. 403. n. 4.* pro Reo respondere securius, & verius duco, & sibi imputent Actores, monitu Peregrini opportune non uti, quia Judicium non est leges condere, vel addere, sed secundum illas sancte, & religiose judicare. Ulysipone 26. Maij 1677.

Vellez.

Pras III.

De qua re vide Roxas de incompatible. 3. p. cap. 2. & sequentem causum.

No Feito Civil de Dona Ilena de Noronha, contra os Condes do Rondono, Escrivão Antonio da Vargas da Sylva, anda hum feito appenço que tem a sentença do theor seguinte.

Acordaõ, &c. Recebo os embargos do original embargante Dom Estevão de Castro, e Menezes a fol. e vistos exactamente ponderados todos os capitulos da pax publica, e o establecido nella tratada de antes pelas vezes, e tempo conveniente acordado com os do conselho de huma, e outra parte celebrada, e ajustada pelos dous Serríssimos Principes de Portugul, e Castella, ambos igualmente soberanos supremos, e independentes sem subjeção de hum a outro, e não só em seus reaes nomes, e de seus successores, mas de ambas as Monarquias, e de todos, e cada hum dos Vassalos dellas, e que se compriria inviolavelmente, sem se contravir dereita, nem indireitamente, e ter sido a dita paz solemne, e publicamente apregoada, e de todos os Vassalos, Povos, e dominios aprovada, e recebida, e tudo com publica urgente, e justificada causa a todos, e a commum de todos necessaria, e aproveitosa, fondo fim as guerras com que reciprocamente se oprimia com evidente perigo de mayor, e commum ruina reduzido tudo a paz universal, e bem commum de todos, e da conservação de ambas as Monarquias, e semelhante necessidade, e utilidade dos Povos, Reynos, e Monarquias, sempre fazerem licita, e valida semelhante paz, e a capitulação dellas, e os Principes, e Vassalos a devem inteiramente observar, e no dito capitulado se haver estabelicido, e compalavras claras, e disposição plenissima, declarando todas as privações de he-

ff 2

tais

rancas, e desposiçõens feitas como odio da guerra por nenhumas, e como naõ acontecidas, e por perdoados ad invicem humis, e outros Vassalos, querendo em effeito, e para os effeitos de direito, que se lhe ouvesse em todos, e cada hum por absolvido, e esquecido todo o odio da guerra, e tudo o obra do por occasiõ delta, nos quais termos, naõ devia considerar-se na censura os effeitos de direito o presente letigio, que no Conde de Tarouca pay do dito originario embargante houvesse, nem haja defeito, e incapacidade do delicto do odio, e tempo da guerra, que se ha declarado por nenhum, e como naõ acontecido, mormente, sendo o delicto de que se trata secular da jurisdição dos mesmos Príncipes, que pela dita necessidade, e utilidade da paz, e conservação publica de suas reais pessoas, Povos, e Vassalos, o podiaõ muito justamente declarar para os effeitos de direito, e removimento das incapacidades delle por nenhum, e como naõ acontecido, e fazer regular o Vassalo como naõ delinquente, e comprehendido na indulgência da paz por tanto, e tudo o que ja se dedusio na sentença a favor do dito originario embargante Dom Estevaõ, e os mais com elle, e hora sua mulher, e filhas habilitadas, mostrão, e deduzem a seu favor, e a fim de naõ ficarem excluidos, mas restituídos ao morgado, e bens de que se trata, com o mais, que dos autos, e appenços preponderaõ consta. Julgaõ os ditos embargos por provados, e revogando a sentença embargada por naõ haver da parte do Conde do Redondo causa concludente a naõ ser revogada; condemnaõ ao dito Conde do Redondo, a que abra mão do dito morgado instituido pela dita Dona Violante Eugenia de que se trata, e o restitua com effeito ás habilitadas, para o haver, e logar a filha legiti-

ma, e mais velha do dito embargante, e sua successora, e havendo respeito a crudelidade, que teria o R. dito Conde do Redondo, e o que por sua parte dedusio, e mostrou, e circunstancias, que neste particular caso, e letigio comcorrem, e se consideraõ para quanto aos fructos os dever o dito R. sómence restituir do tempo da contestação da demanda, o condemnão, que os do dito tempo em diente restitua ás habilitadas, e tudo se liquidará na execução da sentença, e na forma custumada, e pague mais o R. as custas dos autos. Lisboa 17. de Março de 1679.

Lamprea. Vanvessem. Vellez. Marchaõ. Oliveira. Doutor Freire. e os Procuradores da fazenda, e Coroa.

De hac materia ad varias questio-
nes est videndus Luca theatr. verit.
& just. tom. 10. de fideicomis. discurs.
148. & seqq. & allegant. impress. cir-
ca Domum de Aveiro; & infra cap.
27. & Portugal. de do nat. reg. tom.
1. cap. 29. & Nos diximus in com-
ment. ad Ord. tom. 1. ad proæm. glos.
& seqq. & tom. 1. cap. n. & seqq.

OS SO OS SO OS SO OS SO OS SO OS SO

C A P. XXVII.

De exclusione Procuratoris Re-
gis possessoris maioratus ex
eo, quia successor est absens,
& virtute repræsaliæ capta
fuit possessio, an & quando
cesset per mortem successo-
ris absentis, ac pacis factæ,
& tradi debcat inclusio, &
vocato consanguineo, &
quibus fructibus, & an com-
pensentur cum melioramē-
tis,

tis, & quæ melioramenta restituenda sint?

DE restitutione bonorum maioratus, & ad quem pertineat successio in hoc casu quando aliquis intravit in successionem propter rebellionem, aut absentiam possessoris, agunt latissime DD. quos ego ipse referto in *Comment. ad Ord. tom. I. ad proem. glos. 54. §. 9. pag. 102.* n 54. & judicatum fuit in casibus seqq.

No Feito de Dom Lopo Rodrigues de Evora, e Veiga Barao de Rodes, parte o Procurador da fazenda de sua Magestade; Escrivao Luiz Gomes Pinheiro, se deu a sentença do theor seguinte.

Acordaõ em Relaçao, &c. Vistos estes autos, e appensos que se mandão juntar, por serem de semelhante qualidade, e sobre tenças impostas nos bens, e morgados de que se relata na petição do supplicante Dom Lopo Rodrigues de Evora, e Veiga Barao de Rodes, certidaõ da represalia, capitulos da paz, decretos do dito senhor, sentença do Juizo das Justificaçoes, mais testemunhas perguntadas neste juizo, termos de dissenças, padroens dos juros, e mais papéis, e documentos juntos. Mostra se, que feita pela aclamação deste Reyno; restituição delle as senhor Dom Joao o 4. e ser absente no de Castella Dom Lopo de Menezes o Roxo, se lhe puzeraõ na represalia 920U. de juro, que tinha na casa das carnes, e do pescado, e na imposição dos vinhos, e na Chancellaria, e duas quintas nos termos das Villas da Arruda, e Cascaes, humas casas nobres, e grandes nesta Cidade ás pedras negras no terreiro dos Martires, hum casal no lugar de Aranhõ termo desta Cidade, e outro no lugar de Caparide termo da dita Villa de Cascaes, tudo com as confronta-

rias declaradas na dita certidaõ da represalia a fol. 27. & 33. e sobre os ditos juros, e mais rendimentos dos ditos bens, fez o dito senhor merce de tenças ás pessoas declaradas na certidaõ a fol. 35. e 38. Mostra-se pelas escrécias, e titulos das instituições dos morgados, e sentença da provedoria de applicação de bens a elles, mais padroes, e documentos juntos, que todos forão em forma conveniente vistos, e conferidos com as mais diligencias, que se fizeraõ, que os ditos juros, quintas, casas, e casas, saõ pertenças dos morgados de que se trata instituidos por Lopo Rodrigues de Evora, e Veiga, e por seus filhos Nicanor da Veiga, e Bernardo da Veiga, nos quais morgados, sucederão o dito Dom Lopo de Menezes, e seu irmão Dom Bernardo de Menezes, que saõ ja falecidos, e sem legitimos descendentes, e o supplicante, he o seu parente mais chegado do sangue dos ditos instituidores, e legitimo sucessor dos ditos morgados, e pertende por esta causa, e a do cappitulado na paz publica lhe seja levantada a dita represalia, e restituídos com os rendimentos do dia da publicação da mesma paz em diante. Não se mostra pelos Procuradores da Fazenda, e Coroa, cousa que conclua o contrario neste processo, nem nos que se fizeraõ separados, e hora estao appenços nem pelas pessoas partes dos ditos appenços, a saber com Ruy de Moura Telles pela tença de 200U. que depois da dita aclamação deste Reyno se lhe deu nas rendas dos ditos morgados com Luiz da Cunha Tinouca pela sua tença de 60U. com Dona Catharina Josepha pela 40U. com Luiz da Costa da Sylveira pelos 25U. e Sebastião Drandrade 20U. e tanto, ao Almeirante Luiz Velho elle mesmo fez termo fol. 39. em que desistia da sua tença dos 100U. e do mesmo modo desistia

